

## AD AVTOREM.

**A**Vratam Empedocles tulit coronam  
Sacrosq; Hippocrates, Acronq; honores,  
Dum flamnis abigunt luem: Quis ergo  
Te dignum statua Sebizi, honore  
Vel sacro neget esse, vel corona?  
Dum pestem remoues tuo creatam  
Dum pestem prohibes simul futuram  
Hoc docto, ac nitido, & breui libello,  
Non vna, vt reliqui, vrbe, sed per omnes  
Quotquot consilia haec tuis sequentur  
Et docti, & nitidi, & breuis libelli.  
Sed vos dira lues, seuera pestis.  
Et contagia, cedit hinc, salutem  
Fuga querere, pestis hic, & hostis  
Vel trah qui rabiem suo retundet  
Hoc docto, & nitido, & breui libello.

Tobias Fischerus Suidni-  
censis Silesius Ph: &  
Medi; D.

2 ii. AD

## AD LECTOREM.

**V**Idit ut Austriadum medicæ Deus artis in oris  
Noxia pestiferæ tela volare luis,  
Iussit, ut in nostrum bonus ille Sebízius vsum  
Hæc docta legeret pharmaca certa manu.  
Qui sapis alta, viri fidum ne carpe laborem:  
Consulit hic vulgo, sumptibus hocç̄ leuat.  
Sunt tamē, & locuples quas hīc sibi colligat herbas  
Extera queis morbum gens fuget, aut caueat.  
Te decet ergo σεβειν medicum, ζεψ quando dat ille:  
Laudibus & veri munera ferre Dei.

M. Georg: Calaminus  
Silesius.

Den.